

Landes-Versammlung) in Böhmen nicht ihr Sohn, nicht der allzu junge Pfalzgraf Ludwig, nicht Kurfürst Friedrich von Brandenburg, weil er zu alt war, wie er auch einige Monat nach dieser Wahl starb — (Palacky's mehrerwähnte Abhandl. S. 39), sondern der Herzog Albrecht von Baiern zum König von Böhmen gewählt. Sofort schrieb die Königin von Preßburg aus am Freitage nach Jakobi, den 29. Juli, wiederum an die Stände beider Lausitzen und wies auf die Bestimmung der goldenen Bulle des böhmischen Reiches hin, nach welcher Niemand zum Könige erwählt werden solle, dieweil die Erben Sohn oder Tochter am Leben seien. Zugleich bemerkt sie, wie ihrem Gemahl, dem Könige Albrecht, zu Wien durch die Landschaft von Böhmen und auch zu Prag bei seiner Krönung vorgehalten worden, daß er nicht um der alten Landes-Verschreibung willen zum König aufgenommen würde, sondern durch ihren, der Königin, Willen, als eines rechten Erben der Krone zu Böhmen⁸⁾.

Herzog Albrecht von Baiern aber nahm, auf Abmahnung des Kaisers Friedrich III., die Wahl nicht an⁹⁾ und die Sache der Königin erhielt, als das Jahr 1440 zu Ende ging, eine günstigere Wendung als bei dessen Anfang. Elisabeth hatte nach der Krönung ihres Kindes zuerst Albert V. von Oesterreich, den jüngeren Bruder Kaiser Friedrichs III.,

⁸⁾ Ebendasselbst S. 241, 242.

⁹⁾ S. Aen. Sylvii Hist. Bohemica. cap. 57. p. 133—136. Quomodo Bohemi post mortem Alberti eligunt in Regem Albertum Bojoarie Ducem, sed electioni consentire noluit. — Bohemi, qui Alberti Regis causa inter se dissidebant, cognita morte, apud Pragam convenientes, unum totius Regni corpus efficiunt, atque ad eligendum novum regem ad VIII. Kalendas Majas diem statuunt. Rochezana, qui dudum apud Graecium exulaverat, domum revertitur, suoque more insaniens, Romanam Ecclesiam, Cardinalesque, Patriarchas, caeterosque per orbem Episcopos blasphemans, apud solos Bohemos incorruptae veritatis inveniri sacramenta dicit: pretiosissimum Christi sangvinem parvulis ac dementibus praebet. Sacerdotes suae temeritati adversantes, domo pellit: popularibus communionem sub specie vini recusantibus, Ecclesiasticam sepulturam interdicat. Redeunt damnata tempora, suumque placitum, suumque quisque ingenium recepit. Regina Elizabeth jam filium ex Alberto pepererat XIII. Kalend. Martii (dies wäre den 17. Febr., soll heißen VIII. Kal. Martii, d. 22. Febr.) Ladislaum nomine, atque Hungarorum ei coronam imposuerat. Mittuntur ad eam Legati, qui dicant, ad eligendum Regem diem statutam, si quid juris in Regno Bohemiae ad se spectare confidat, oratores mittat, qui rem suam agant. Regina natum ex Alberto filium in cunabulis ostendit, rogat, ne paterna haereditate pupillum exuant. Tempus mittendi Legatos arctum esse, neque enim amplius quam dies quindecim supererant. Si prorogetur terminus, missuram qui pueri jura edisserant. Erat inter Legatos Procopius Rabensteinus, nobilis Eques, doctrina ac morum lenitate praestabilis, cujus nos amicitia pluribus annis oblectavit. Is quum Alberto servisset, habiturum se curae ait, quae Regina mandaret. Reversus in Bohemiam, eos primum adiit, qui partes Alberti foverant. Exponit Reginae desiderium, suadet conventum. Res digna exauditione videtur. Verum Ptarsco, & qui Alberti recusarant imperium, quum jam Pragae convenissent, Regno consulendum, quantocius esse dixere. Reginam spernere, instare, properare, vocare absentes: Illi diem ex die consulto proferre, morae causas nectere. Interea Legati ab Regina veniunt, fit frequens conventus. Intromissi oratores proceres rogant, Sigismundi & Alberti suorum Regum meminerint, nepotem, filiamque ne respuant: contra jus gentium paternam haereditatem puero ne adimant: foedera cum Australibus percussa ne violent: pupilli atque orphani misereantur. Sunt non pauci, qui laeto favore Legatorum postulata suscipiunt. At qui Albertum oderant, filium